



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 55. Populi rabies in ejus Statuam, necnon decretum hanc ob rem
editum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI.
A.C. 1590.

§. LV.

*Populi rabies in ejus Statuam, nec
non decretum hanc ob rem
editum.*

Thuan.

l. 100.

Spond. n. 18.

Cum per octodecim dies Sedes vacaret, quidam odio in Papam accensibus haud immerito Hispani accensabantur, turmatim ad Capitolinam arcem concurrunt, & statuam viventis Sixto V. in ejus memoriam a Romanis erectam evertunt, quæsito obtentu quod exactionibus, novisque tributis populum oneraverit, corrasasque pecunias in arce sancti Angeli collocaverit, verum Procerum nonnulli a Cardinalibus submissi insanam hanc populi fœcundam represserunt: inde vero Senatus occasionem arripuit edictum vulgandi, vi cujus impostero ulli Papæ adhuc vita superstiti statuam erigere inhibitur.

§. LVI.

Conclave pro electione novi Pontificis.

Spond.

Ann. 20.

Feria sexta die septima Septembris novem dialibus exequiis pro defuncto Pontifice pro more celebratis quinquaginta quatuor Cardinales tum Romæ agentes sacris comitiis initium fecere, prius vero Gesualdus Cardinalis sacri Collegii Pro-Decanus in Vaticana Ecclesia Sacrum solemne de Spiritu sancto in